



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

**9. Vxor.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

omnib. per pensis dubiū sit de intētione vouētis, an per modū ynius vtrūq; promissū sit, vel pars bona principaliter, modus aut̄ accessoriè, aut potius ē cōtra iudicandū in fauore libertatis vouētis, vt ad nil teneatur, q. 9. d. 35. n. 7. & 8.

76 Votum simplex ex falsa causa emissum, quando causa est pars ipsius voti, & coincidit cū re promissa, obligat, quando error fuit circa rem modicā: secūs, quando circa rem notabilē. Et requiritur, quod is error sit positius, & non impeditur voti obligatio illis cūuentib., qui si p̄auisi essent, minime votum emittere-  
tur, lib. 10. disp. 7. num. 13. 14. & 15.

77 Error causæ finalis, seu eius cessatio extinguit voti simplicis obligationem: secūs, si causa sit impulsua. Et in dubio, an causa falsa, vel cessas fuerit impulsua an finalis, præsumi-  
tur eam esse impulsuam, l. 10. d. 9. n. 16. & 17.

78 Votum, & iuramentum de eadem re vio-  
lans peccat duplici malitia, necessariò faten-  
da, l. 9. disp. 15. num. 5. & 6.

*Vxor.*

1 Vxor tenetur sequi virum domiciliū mu-  
tantē qualitercumq; vēlit transferri illud, mo-  
do non ex causa turpi, & inhonestā. Et nō po-  
test contrarium consuetudine induci. Secūs  
dic. quando vir protrahit vxorem ad peccan-  
dum, vel exponit virā periculo, l. 1. disp. 41. à  
nu. 1. usque ad 5. & lib. 9. disp. 4. nu. 11.

2 Item non tenetur vxor sequi virum soli-  
tum vagari, quando tempore contractus non  
sole-

solebat vagari. Et si solebat, vxor erat ignara, nisi facilè posset sociam se exhibere: sec. dic. quando id non latuit vxorem, & velit vagari  
**ex causa iusta**, l.i.d. 4.n.6.7.8. & 9.

3 Si vir alio migrat animo cito redeundi, & peregrinatio est longa, non tenetur vxor virū sequi. Secus, si cum animo morandi ad logum tempus, vel quando est missus in exilium, lib. i disp. 41. num. 10. 11. & 12.

4 Si vir culpa sua bannitus inops est, tenetur vxor eum alere de fructib. dotis, & si satis non sint, de bonis paraphernis, l.i.d. 41. n 13.

5 Si vxor **ex causa necessaria** recedit à domicilio, illud transferens, tenetur vir ipsam sequi, l.i. disp. 41. nu. 14.

6 Vir potest eligere domiciliū vxor tamen munire, nisi necessitate coacta mutuet illud, lib. i. disp. 41. nu. 15.

7 Vxor potest in fauorem viri renuntiare lucris acquirendis. Item vir in fauorem vxoris. Item potest vxor in fauorem viri renuntiare lucris acquisitis: vir tamen minimè, & tutius est, vt ea renuntiatio fiat iuramento. Et renuntiatio potest fieri de bonis non acquisitis in præiudicium descendantium, & ascendentium: secus de acquisitis, l. 56. d. 5. à n. 2. usq; ad 10.

8 Potest ante initum matri. conueniri inter coniuges, ne lucra diuidantur, l. 6. d. 5. n. 1.

9 Vxor nobilis non tenetur ad obsequia viilia, sed ad ea sola, quæ iuxta suam dignitatem, ac conditionem non dedecent, quare sive vi-

*Via p̄stet, erunt digna remuneratione, libr. 9.  
disp. 6. nū. 14.*

10 Vxor cui vir tradidit centum soluenda  
creditorib. ipsius viri, si ea in alēda familia ex-  
pendat: nec vir postea soluendo sit, nō tenetur  
suis bonis satisfacere creditorib. l. 9. d. 4. n. 30.

11 Vxor clericī coniugati in minorib. vel in  
omnibus sacris delicentia eius, nec priuilegio  
canonis, nec fori gaudet, l. 7. tota d. 47.

12 Vxor separata à viro ratione impoten-  
tiæ, quæ deprehensa est falsa, viro iā profeso,  
vel sacris initiato, si nolit eum repetrere, non  
tenetur vouere continentiam, l. 7. d. 99. n. 39.

13 Vxor, cuius licentia, vel dissimulatione  
vir ad Ordines sacros promotus est, ita tenetur  
ad castitatem, ut viro defuncto nequeat vali-  
dum matrim. inire, l. 7. tota disp. 40.

*Vxoridium.*

1. Vxoridium impedit, sed non dirimit ma-  
trimonium, licet vxorem deprehensam  
in adulterio vir propria authori-  
tate occidat, lib. 7. disp. 16.  
anu. 1, usque ad 5.

L A V S D E O.

*Coll. jij. f. s. tis Jesu  
Paderborn.*